



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 13322648**

§. 84. Varia Dissida partim extincta, partim recens mota præcipue circa  
Religionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

dum Pastorem decet, amplificare, & <sup>Sæc. XVIII.</sup>  
magis magisque meritis ornare inten- <sup>A.C. 1730.</sup>  
tus esset, hinc Papaæ eidem concessit,  
ut sibi, omnibusque ejus Successo-  
ribus pallium gestare & crucem præ-  
ferri liceret.

### §. LXXXIV.

*Diversa dissidia partim extincta, par-  
tim recens mota precipue circa  
Religionem.*

Hoc item anno lis inter ditissimum  
Hamerlebiense Monasterium, &  
Borussicum Regimen amica composi-  
tione finita est. Hic Conventus Ca-  
nonicorum Regularium S. Augustini in  
Diœcesi Halberstadiensi situs ad hanc  
usque diem inter gravissimas calamiti-  
tates Religiose disciplinæ servore plu-  
rimum inclarescit. Illius bona, quibus  
abundat, quotiescumque in aliis ditioni-  
bus Ecclesiastica Protestantium bona  
fuere occupata, jure talionis sæpius  
hisce Canonicis ab Acatholicis eripi  
consuevere: Anno hujus sæculi decimo  
nono, qua de causa nescio Fisci Regii  
Præfectus novem, ut vocant *Mansos* ex  
agro Wopkicio unacum duobus illis per  
plura sæcula possessis occupavit, quos  
Rex Ottelebio Borussicæ Legionis Tri-  
buno dono dedit usque ad hunc annum

ab

§æc. XVIII. ab eo detentos. Litem desuper apud  
A.C. 1730. imperiale Consilium movere Canonici  
interim vero Borussicum Regimen re-  
ditus ex his bonis provenientes seque-  
nomine sibi reservavit. Re diu ultra  
citroque agitata, Cæsarei Consilii de-  
creto aut restitutio aut transactio fac-  
ita est: Fridericus Wilhelmus erga  
Borussiae Rex ablata in perpetuum tan-  
quoad Dominium, quam possessionem  
restitui consensit, ea tamen lege, ut  
Canonici I. proventus ex agris, depositi  
nomine, detentis collectos nullatenus  
repetant II. a lite tam propter occu-  
pum agrum, quam ob reditus inter-  
ceptos apud Cæsarea Tribunalia in-  
tentata ultra recedant: Propositus  
hisce conditionibus annuere Canonici,  
& die vigesima septima Martii edito  
solemni scripto Antonius Zesting Prae-  
latus & Joannes Evers Subprior, Libe-  
rius Bartholomæus Senior & Bernhardus  
Mumme Procurator Conventus  
nomine spöonderunt, se sub quocunque  
prætextu sequestratas pecunias non  
quam repetitaros & a prosequenda lite  
destituros; policebantur quoque, se  
hanc renuntiationem cunctis Imperiis  
Curiis, apud quas lis inchoata fuisset,  
adeo plene denuntiaturos, ut etiam  
omnibus exceptionibus, nominatin-  
vis aut metus, vel læsionis, aut Ben-  
ficio

ficio legis & C. de rescind. Vendit: vel Sæc. XVIII.  
Beneficii restitutioni in integrum, ce A.C. 1730<sup>a</sup>  
terisque juris remediis nuntium mit-  
terent. Præter has conditiones Rex  
insuper voluit, ut æs alienum, quod  
præfatus Ottelebius Equestris legionis  
Camerario debebat, Canonici persol-  
vant, & numeratæ pecuniæ tabulas  
testes afferant, ac denique renuntia-  
tionis factæ consensum ab eorum Su-  
periore Generali datum exhibeant: id  
quoque præstitere Canonici, qui se-  
quens Præpositi sui Generalis testimo-  
nium Regi porrexere: Augustinus Sche-  
perus Canonicorum Regularium Ord. S. Au-  
gustini Congregationis a Winderem per  
utramque Germaniam Præpositus Genera-  
lis, & in Aquisgrano ad S. Joan. Bapt.  
Prior S. T. L. Transactionem sive compo-  
sitionem amicabilem ab Amplissimo Domino  
Prælato, ac ejusdem Collegationis nostræ  
Venerabili Conventu Hamerslebensi coram  
illusterrissimo Excell. Regimine Regice Maje-  
statis Borussiæ, seu factam, seu faciendam,  
ratam & gratam facimus, & tenore præ-  
sentium plenariam iisdem Facultatem con-  
cedimus, ut erga restitutionem novem Man-  
sorum ante decem circiter annos sequestra-  
torum & Domino de Otteleben adjudicato-  
rum, sumnam pecuniæ ab altefato Regi-  
mine tempore administrationis servatam &  
depositam resignare, causæ sive liti in ju-  
Hist. Eccles. Tom. LXXIII. Aa dlio

Sæc XVIII, dicio Imperiali Aulico qua Creditori D.  
A.C. 1730. mino de Otteleben transigere pro Maj

Canonicæ quiete & emolumento libere v  
leant, omnia taliter conclusa & concludente  
acta & aditanda approbantes & ratifican  
tes. In quorum fidem & robur propria  
hunc manu subscripsimus ac Sigillum Ofic  
adimpressimus.

Aug. Scheperus Generalis  
qui supra. Datum Aquisgr  
in Canonia nostra supra in  
hac 3. Maij 1730.

Adimpletis hisce quoque condic  
nibus Berolini die sexta Maij restitu  
sunt decreta, quæ post exhibitam in  
renuntiationem Vienæ factam ab Hil  
berstadiensi Regimine executioni dura  
est.

Exspirantibus Regni comitiis in  
Polonia Protestantum, quos Dissidentes  
appellant, Deputati rursus Grodno in  
alloquium admitti petebant, magis  
prosperum sibi successum polliciti, et  
anno priore experti fuissent. Hos igitur  
Regni Primas benigne exceptit, ac per  
ceptis eorum querelis Episcopos & Pe  
rochos admonuit, ut fraternalè char  
tatis memores haud amplius a fide de  
vios molestiis afficerent, donec hi in  
proximo Imperii Conventu sua expo  
suissent gravamina: Die etiam decima

quinta

quinta Februarii sequentis anni Angliae Regis Ministri Congregatis Poloniæ Proceribus libellum supplicem porrigebant, in quo de violentiis, quæ Dissidentibus hucusque fuissent illatæ, vehementer querebantur: Hæc tamen causa tunc ob potentium pertinaciam & petitorum insolentiam indecisa permansit.

Eodem anno gravioris dissidii semen Viennæ fuisset sparsum, nisi prudens moderatio remedium opposuisset: Accidit enim, ut Domini de Brand Borussici Oratoris Conjuræ cum sua Filia in Viennensi suburbio curru veheretur, dum Vicarius ad S. Florianum Sanctissimam Synaxin ad ægrotum per plateas solemnî ritu deferret: cum autem hujus fæminæ famuli nequidem, ut decuisset, pileos detraherent, duo cives eis, ut, ni Religiosum, saltē politicum cultum exhiberent, præceperunt, simulque monuere Matronam, ut e curru suo descenderet: ea autem causante, quod Borussici Legati Conjuræ & Religione Lutherana esset, reposuere illi, quod ipsem Imperator, si præfens adesset, summa cum Reverentia e curru descensurus esset: Illa tamen pertinacius resistente, Cives Filiam vi ex curru extraxere, parumque absuit, quin accurrens populus Religionis con-

Sæc.XVIII.  
A.C. 1730:

Aa 2 tem-

Sæc. XVIII. temptum ulturus, violentas manus  
A.C. 1730. Matronæ inferret, tumultum tamen  
 ex Clericis nonnulli tempestive sedevi-  
 runt. Re comperta Borussicus Oratus  
 Suecum Danumque Legatos in sum-  
 partes attraxit, & non modo de ini-  
 ria graviter cum Imperiali Cancellario  
 postulavit, sed totam rei seriem ad  
 suum Regem perscripsit. Cancellarius  
 ut gravioris molestiæ fomitem subtra-  
 heret, non tantum Cives custodiæ duci  
 præcepit, sed etiam Managettam, cu-  
 jus erat cauſarum momenta in se-  
 tiori Consilio exponere, ad Borussicum  
 Oratorem ablegavit sciscitatum, quo  
 via sibi satisfieri peteret. Eo autem  
 respondentे, quod Regis sui mandata  
 desuper expectaret, Comes Secken-  
 dorfius Berolini cum Rege hac sup-  
 re egit, eoque rem deduxit, ut  
 ambo Cives in vincula conjecti per  
 aliquot dies pane & aqua sustentare-  
 tur, ac postea ad Legati ædes deduc-  
 culpam flexis genibus deprecari jube-  
 rentur.

## §. LXXXV.

*Varia decreta circa Monasteria.*

**H**oc item anno Victor Amadeus II  
 Mense Junio edictum promulgauit  
 jussit, vi cuius subditis suis inhibitum  
 ne  
 lig  
 leg  
 fer  
 us  
 ob  
 esse  
 per  
 qui  
 An  
 sing  
 na  
 dra  
 tan  
 pro  
 sing  
 tur  
 ria  
 ær  
 obi  
 jus  
 fit  
 ver  
 ejus  
 esu  
 de  
 ve  
 ex  
 Ma  
 san  
 ru